

Vtq̄ miser fiam: nec sim miserabilis vll̄:
 Exul ut Aeos cogar adire lares,
 In caput ista tuū conuertant numina coeli:
 Suppliciumq̄ lues si pia vota valent.
 Reprime latratum petulantem: reprime liguā:
 Reprime barbariem: stulticiamq̄ tuam.
 Spicula contineo: pueri nec lumina fletu:
 Atq̄ cauas lachrimis cogo madere genas.
 Post modo si perges: sceleratos edere verus:
 Acrius incumbet nostra Thalia tibi.

Bohuslai de Hassenstein Bohemi Elegiacū
 in defensionē Petri Schotti contra quen
 dam inuidum detractorem.

Eximium Vatem mordet qui dente canino:
 An dapibus Blattam vis faciare nouis.
 Ista quidem culicum nō curant spicula barri:
 Nec Vati egregio liuida verba nocent.
 Fuste quid e duro quadratam marmore turrim/
 Et solido muros ex adamante quatis:
 Setiger obsceno nutritur stercore porcus:
 Tu quoq̄ latratu pascere talpa tuo.
 Dant sine mente sonū rauceq̄ per rura cicade
 Deuia: cum bibulam Sirius vrit humum,
 Tu carmen sine mente facis: dum concitus ira:
 Nictelij defers cornua fronte Dei.
 Et timidus veluti/patitur cum triste flagellum:
 Solatur gemitu verbera seua canis.
 Preteritis sic tu obiectis conticia iactas:
 Lurida pestifero corde venena vomens.
 Meoniden fatuo lacerauit Zoilus ore:
 Sed tanti sceleris premia digna tulit.
 Sic tu sacrilego rodis qui carmine Petrum
 Arabidis merito diripsere feris.